

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Johannis Segeri Weidenfeld De Secretis Adeptorum Sive Usu Spiritus Vini Lulliani Libri IV

Weidenfeld, Johann S.

Londini, 1684

139. Aqua mercurialis ad rubeum composita Isaaci

[urn:nbn:de:bsz:31-96282](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-96282)

Quamvis hæc Basilii Menstrua inter Adeptorum dissolventia facile primum mereantur locum; fuere tamen Adeptorum quidam, qui Menstrua dictis illis haud multum inferiora consecerunt. Isaacus Hollandus ut corpora non tantum melius dissolveret sed altiùs etiam tingeret sua composuit menstrua ex mensuris tingentibus & Mercurio vulgi quidem, sed rerum tingentium tincturis (animis, sulphuribus, &c.) satiato. Ita composuit menstruum quod dicitur

139. Aqua Mercurialis ad rubeum
Composita Isaaci,

Cap. XLIII. 3. Oper. min.

R. Argentum vivum sale & aceto ablutum, quod sublima per Aeris usti, croci Martis, croci Veneris, & lapidis hæmatitidis ana Vitrioli Romani ad pondus omnium, & parum salis; iteraque sublimationem septies, quamlibet semper per novas & recentes species, & Mercurius sublimatus erit ad rubeum.

R. Aeris usti, Cinnabaris, croci Martis, Veneris, Lapidis hæmatitidis, Antimonii ana partes æquales, Vitrioli Romani ad pondus omnium; misce fiat pulvis subtilis, cui affunde Aquæ Vitæ summè rectificatæ (spiritus vini phil.) ad duarum palmarum eminentiam, in B. digerantur per tres dies, indies movendo materiam, postea igne leni abstrahatur Aqua Vitæ, deinde augeatur ignis gradatim, tandem igne fortissimo per 12 horas urge ut omnes ascendant spiritus. Opus hoc ter reiterandum est cum materiis semper renovatis.

R. Hujus Aquæ libram unam, Argenti vivi ad rubeum sublimati quantum sufficit, vel dissolvere potes; destilla & reserva.

Aliquando præter Mercurium addidit quoque sulphur & sal armoniacum ad rubeum sublimata. Ita fit

140. Aqua